Gratia q̃ppe eſt quedam lux animea deo immedi-
ate infuſa: vt Aug. li. de natura ꝛ gratia dicit. Ideo
dicitur ſplēdoꝛ dei noſtri. Et quia hec lux. ſ. gratia
non eſt naturalis ſed ſupnaturalis: ideo dicit̃: ſup
nos ꝛc̃. Sequit̃ [ꝛ opera manuū noſtrarum
dirige ſup nos] .ſ. vt per opera bona mereamur
vitam eternaꝫ. q̃d etiam fit ſupnaturalr̃. quia vt dt
apl'us. ij. Coꝛ. iij. Non ſumus ſufficientes cogitare
aliquid a nobis: ſed omnis noſtra ſufficiētia ex deo
eſt [et opus manuum noſtraꝝ dirige] Hic
non addit: ſuper nos. vt intelligatur ſimpliciter de
omni actu qui procedit a voluntate noſtra. Et ſic ē
ſenſus. Omnes act⁹ noſtros a voluntate noſtra im
peratos: dirige id eſt rege ſic vt recta via tendant in
vnum finem debitum qui eſt deus: et nō recurren
tur ad terrena vicia ꝛc̃.

## Pſalmus.xc.

# Qui habitat in ad

iutoꝛio altiſſimi ꝛc̃. In hoc pſalmo ꝓphe
ta monet exemplo chr̃i tentatiōes ſupare
deo adiuuante ꝛ ꝓtegēte: ꝛ ex hoc coronā gl'ie adq̃-
rere. Et de huius pſalmi virtuoſa efficacia ſm di-
ctum Caſſiod. patuit circa ṗncipiuꝫ huius opis ca.
iiij. ſeptima rōne. Hinc etiā eccl'ia hūc pſalmū q̃ti-
die ad Cōpletoꝛiū legit idcirco: vt ſcꝫ fideles virtute
hui⁹ pſalmi p angelos a timoꝛe nocturno cuſtodi-
ant̃. Vn̄ ſpūſſctūs dicit: Qui habitat in adiu-
toꝛio altiſſimi] .i. totam ſpem ponit ī deo adiu-
toꝛe [in ꝓtectione dei celi cōmoꝛabitur] ne
cadat in tentatione. Dicet dn̄o] .ſ. recognoſcēdo
hmōi ꝓtectōis bn̄ficium [ſuſceptoꝛ me⁹ es tu]
ſcꝫ in grām ꝓtectionis [ꝛ refugiū meū] .ſ. q̃a ad
te refugio a facie inimicoꝝ meoꝝ vicꝫ demonū ꝛ ꝑ-
ſecutoꝝ [deus me⁹ ſperabo in eū] .ſ. de futu
ris bonis ab eo cōſeq̃ndis. Qm̄ ipſe liberabit
me de laqueo venantiū et a verbo aſpero]
Laqueus venantiū: hoc eſt demonū: qui moꝛe ve-
natoꝝ capiunt animas: eſt ꝓſperitas mūdi in cupi
ditate ꝛ carnalitate ꝛ hmōi. Quia ſicut animal ca-
pitur in laqueo p aliq̃d bonū apparens: puta p eſcā
ꝛ hmōi: ſic hoīes p ꝓſpera vel bona mōi apparētia.
Aſpera verba ſunt aduerſitates: puta pſecutiones
verboꝝ detractionis ꝛ maledictionis: ac etiam cō-
tumeliarū in facto. ꝓpter quas vitādas ſolēt homi-
nes a via recta declinare. ſed electi ab iſtis liberan
tur a deo. Scapulis ſuis obumbꝛabit tibi]
Hic loquit̃ ſpūſſanctus p ꝓphetam vnicuiqꝫ fideli
di. q tibi fideli in deo ſperanti: obumbꝛabit ipē de-
us. ſ. ꝯtra eſtum tentationū ꝛ vicioꝛum: ſcapulis ſu
is. hoc eſt virtute paterne ꝓtectiōis. ſicut pater ꝓte
gendo filium recipit eum ponendo ſub ſcapulis ſi-
ue brachijs vl' humeris. Et h̄ myſtice per ſcapulas
ſignificatur paſſionis chꝛiſti myſterium qui quaſi
ſuis humeris languoꝛes noſtros poꝛtauit ſuſtinen
do penam ꝓ nobis. Et ipſa chꝛiſti paſſio obumbꝛat
nos refugiētes ad eius memoꝛiā ꝯtra oēm eſtū vi-
cioꝛum. Unde Bern̄. Nil tā efficax remediuꝫ cōtra
eſtum vicioꝝ q̃ꝫ paſſionis chꝛiſti memoꝛia. [ꝛ ſub
pennis eius ſperabis] .ſ. ꝓtegi a captione de-
monum. ſicut pulli ꝓtegunt̃ ſub alis galline ne ra-
piantur ab accipitre. Myſtice Ale ꝛ penne ſignifi-
cant brachia cruc̃ chr̃i expaſſa ꝛ eius myſteria ſub
quib' ſpamus ꝓtegi. Scuto circūdabit te ve-
ritas eius] .i. fidei vere cognitio in chr̃o. q̃a ſicut
ſcutum ꝓtegit a iaculis inimici hominē: ſic deus p
veritatem fidei ꝓtegit ꝯtra iacula diaboli. iuxta il-
lud. j. Pe. v. Aduerſari⁹ veſter diabolus tanq̃ꝫ leo
rugiens circuīt querens quem deuoꝛet: cui reſiſtite
foꝛtes in fide. ſ. chꝛiſti. Sequit̃ [non timebis a
timoꝛe nocturno: a ſagitta volante in die:
a negocio pambulante in tenebꝛis: ab in-
curſu ꝛ demonio meridiano] Hec ṽba obſcu
ra ſunt ꝛ varie a doctoꝛib' exponunt̃. Sed meli⁹ et
clarius exponunt̃ ſm glo. ſ. q hi q̃ habitāt in adiu-
toꝛio altiſſimi nō timebunt ab aliquo genere tenta-
tionū. Sūt aūt quattuoꝛ genera tentationū q̃ deſi-
gnant̃ in hoc paſſu. Unde glo. ſup hoc pſalmo dic̃
ſic. Diſtinguit ſcṗtura q̃ttuoꝛ genera tentationuꝫ
que ſunt: Leuis ꝛ occulta: q̃ ſignat̃ per timoꝛem no
cturnū. Itē leuis ꝛ manifeſta: q̃ p ſagittā volātē in
die ſignatur. Grauis ꝛ occulta: q̃ ſignat̃ p negociuꝫ
pambulans in tenebꝛis. ac Grauis ꝛ aperta q̃ acci-
pitur p demoniū meridianū Hec glo. Pro q̃ luci-
dius nota ſm doc. q primū genus tentationum. ſ.
que eſt leuis ꝛ occulta ſignatur per timoꝛē noctur-
num: puta qn̄ quis tentat̃ occulta pſecutiōe leui ad
inducendū in peccatum moꝛtale: vel ex ignoꝛantia:
talis tentatio dr̃ timoꝛ nocturnus. Timoꝛ q̃deꝫ: q̃a
tendit ad caſum moꝛtalis peccati ꝛ gehenne. ꝛ tan-
to nocibilioꝛ ac p ꝯſeq̃ns timoꝛoſioꝛ eſt q̃nto igno-
ratur. Dicit̃ g̃ nocturn⁹. quia non eſt tentatio aper-
ta ſed occulta: ſicut ꝛ in tenebꝛis noctis latens p ho-
minis ignoꝛantiā. Secundū genus eſt tentatio le
uis ꝛ manifeſta: ſicut fit in moleſtia a ꝓximis illa-
ta: vel in concupiſcentia ſenſuū exterioꝛū: que ſigni
ficat̃ per ſagittam volantē in die. q̃a vt ſagitta coꝛ
repēte ſauciat ꝛ pturbat ī apta iniuria illata: ſꝫ cito
puolat Tertiū gen⁹ ē tētatio grauis ꝛ occulta. vt qn̄
ſubdole ꝛ blande ſub ſpecie boni decipit inducēs in
graue maluꝫ: vt ſuaden̄. honeſtateꝫ inducit in ma-
gnaꝫ ſupbiam. Uel ſub ſpecie miſericoꝛdie inducit
in remiſſionem et negligentiam. Sub ſpecie iuſti-
cie in crudelitatem nimiam. vel ſub ſpecie veritatis
inducit in hereſim. et ſic de alijs Et hec ſignificatur
p negocium deambulans in tenebꝛis propter palli-
ationem et occultum dolum ¶ Quartum genus
eſt tentatio grauis et manifeſta vt eſt hoſtil' perſecu
tio apta. Et hoc ſcat̃ cū dr̃ ab īcurſu. i. hoſtili īpetu:
ꝛ demōio meridiano. Sic denoīat̃: qꝛ ſic ī meridie

eſt feruor ꝛ lux clara ſolis: ſic in tali tẽtatione eſt ꝑſecutio feruẽs ꝛ publica. Cadent a latere tuo mille ꝛ decẽmilia a dextris tuis. ad te aũt non appropinquabit ⌋ Hoc ſm Aug. dicit ad chriſtum ꝛ eius corpus loq̃ndo. Et h̄ numeri determinati ſcꝫ mille: ꝛ decẽmilia: ponuntur pro indeterminatis. Et eſt ſenſus: ꝙ lꝫ multi in aliqua p̄dictarum tentationũ periclitant̃ cadentes a chriſti gratia ex parte vna ꝛ etiam ex altera: tamen ipſe chriſtꝰ et ei adherentia membra. hoc eſt: iuſti in chriſto firmiter ſtantes protegentur adiutorio altiſſimi. Jdo ſubditur. Ad te autem. id eſt chriſtum ꝛ tuum iuſtum protectum in tua gratia non appropinquabit ſcilicꝫ talis caſus vel talis tentatio que poſſet deijcere ꝛc̃. Sed quare plures dicit ſcriptura caſuros a dexteris chriſti vel iuſti. ſ. decemmilia: q̃ꝫ a latere ſcꝫ mille: Ad hoc reſpondetur notando ꝙ latus dicitur: eoꝙ ſub brachio lateat. Latus ergo p̄ncipum dicunt̃ familiares eius: adherentes eis in conſilijs. ſicut ꝛ legatus a latere dicitur aliquis ex familiaribus amicis ꝛ fidis miſſus. Latus ergo chriſti ſignificat iuſtos ꝑfectos qui ſpecialius chriſto adheſerunt tanq̃ꝫ in eius latere exiſtentes: vt ſunt et deberent eſſe prelati eccleſie: religioſi: ꝛ pbri: ac predicatores ꝛ huiuſmodi. A dextris autem chriſti intelliguntur omnes ſaluandi cõmunes qui ſtare habebunt in iudicio a dexteris chriſti: vt patet Matth. xxv. Sed q̄m plures ſunt qui tentationibꝫ cadunt ex hominibꝫ cõmunibꝫ ꝛ imꝑfectis qui ſe preſumũt ſaluandos: vt claret. et pauciores ſunt qui cadunt ex ꝑfectis. ſicuti ꝛ pauciores ſunt ꝑfecti q̃ꝫ imperfecti in eccleſia: idcirco ſcriptura dicit multo plures cadere a dexteris. ſ. decemmilia: q̃ꝫ a latere ſcilicet mille. Veruntamen oculis tuis conſiderabis ⌋ ſcilicꝫ oculis diſcretionis in iudicio cognoſcẽdo cadentes in peccata ꝛc̃. et ſeꝑando malos a bonis ⌊ et retributionem eorum videbis ⌋ ſcꝫ q̄mõ iuſte damnabunt̃. q. d. Lꝫ multi ꝛ hinc ꝛ illinc cadant: tamen penas luent. Quoniã tu es domine ſpes mea ⌋ Vox eſt populi fidelis in tentatione non cadentis. q. d. Jdeo nos non cadimus: q̄a tu domine es ſpei noſtre ꝓtectio ꝛ fortitudo conſtantie ⌊ altiſſimũ ⌋ id eſt: potentiſſimũ ⌊ poſuiſti refugium tuum ⌋ vt ſcilicet ſit tutum nobis. quia loca altiora ſunt tutiſſima ab impugnatõe hoſtium. ergo chriſtꝰ dicitur poſuiſſe nobis altiſſimũ refugium: quia tranſtulit ſe in altiſſimum celum. ſ. in dexteram patris: quo non poteſt accedere malũ. Propter quod ſubdit̃ Non accedat ad te malum ⌋ ſcilicet culpe vel miſerie ⌊ et flagellũ ⌋ ſcilicet pene vel aduerſitatis ⌊ non appropinquabit tabernaculo tuo ⌋ hoc eſt: nullum incõmodum nocere poterit tibi ꝛ tuis membris qui ſũt in tabernaculo tue protectionis ꝛ gratie. Quoniaꝫ angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiãt te in omnibus vijs tuis ⌋ Hoc dicit ſcriptura non de chriſto quo ad ſe. quia chriſtus non indiguit angelo cuſtode: nec habuit angelum cuſtodẽ: cũ eſſet chriſtus dñs ꝛ cuſtos omniũ angeloꝝ: vt dicit Bonauen. ſuꝑ. ij. Propter q̊d vt etiã Hiero. dicit: diabolus hanc ſcpturam de chriſto falſo allegauit Matth. iiij. ſed hoc ſcriptura dicit loq̃ndo de chriſto rõne mẽbroꝝ. hoc eſt: iuſtoꝝ. quia q̇libet hõ habet angelũ cuſtodẽ ſibi deputatũ a deo: vt cuſtodiãt eũ. ſ. ab inſidijs diaboli ꝛc̃. In manibꝫ portabunt te ⌋. i. ſuo miniſterio dirigent te ⌊ ne forte offendas ad lapidem pedem tuum ⌋ id ẽ affectũ anime. hoc eſt: ne pecces ꝯtra chr̄m qui ẽ lapis angularis eccl'ie. vel ꝯtra legem decalogi ſcp̄tã in lapideis tabulis. Suꝑ aſpidem ꝛ baſiliſcũ ambulabis: ꝛ conculcabis leonem ꝛ draconem ⌋ hoc eſt: oẽs tentationes diabolicas per has q̃ttuor beſtias deſignatas ſuꝑabis ſecure di adiutorio ꝛ angeloꝝ auxilio vallatus. Sed quare ſcriptura his nominibꝫ deſignat tentationes diabolicas Notandũ ꝙ ſm Honoriũ ſuꝑ pſal. hoc: Aſpis eſt genus ſerpentis qui non patit̃ incantatorem: ſed obturat aures cauda ne audiat incantantẽ: cuiꝰ venenum ſoporans hominẽ anteq̃ꝫ ſentiat̃ occidit. iõ ſignificat p̄mũ genus tentatiõis diaboli ſupra ſcriptũ. ſ. que eſt leuis ꝛ occulta. quia talis ignorãs nõ curat ſcire verba diuina: ꝛ in ignorantia non ſentit peccatũ cõmiſſum. Baſiliſcus aũt eſt animal q̇ latine dicitur regulus: qui flatu ſuo ꝛ viſu cũcta animalia occidit. Et ſignificat ſecundũ genus tentationis: que flatu verbi iniurioſi ꝛ viſu apte ꝯtumelie illate alõge q̄ſi ſagitta volãs tẽtãdo occidit: vt dcm̄ eſt. Draco ſerpens magnus eſt: facie blandus: cauda ſtringens: mordens ꝛ degluciens. Et ſignificat tertium genus tentationis decipient̃ ſubdole: vt dictum eſt. Leo aũt ſeuiſſimus beſtiarũ ſignificat q̄rtum genus. ſ. publice ꝑſecutionis: vt etiã Augꝰ. dictat in ſermone de martyribꝫ. Hec ergo quattuor h̄ nominant̃ ad ſignificandũ ꝙ iuſtus ſuꝑat om̄es p̄ſcriptas tentationes. Quoniam in me ſperauit liberabo eũ: protegã eũ ⌋ ſcilicet virum iuſtum ⌊ quoniã cognouit nomen meũ ⌋. ſ. ꝑ veram fidem. Hoc dicit ſcriptura in ꝑſona chriſti: q̇ ꝓmittit ſe protegere ſperãtes in ſe. Clamabit ad me ⌋. ſ. in oratione ⌊ ꝛ ego exaudiã eũ: eripiam eũ ⌋ ſcꝫ a laqueis diaboli ⌊ et glorificabo eũ ⌋. ſ. in celeſti p̄mio. Longitudine dierũ replebo eũ ⌋ id eſt eternitate vite: quia vita beata non habet terminum ⌊ ꝛ oſtendã illi ſalutare meũ ⌋ id eſt ſalutem eternam in me ꝑfectam oſtendam ꝑ viſionem aꝑtam. Amen.

## Pſalmus. xcj

Bonum eſt confiteri dño ꝛc̃. Jn quo propheta monet ad bene operandum in hac vita pro conſequen

da eterna requie in futuro. Dicit ergo: Bonũ eſt
confiteri domino ⁊ pſallere noĩ tuo altiſſi
me.] .ſ. laudando ⁊ gratias agendo. Ad annun
ciandum mane] .i. tempore proſperitatis [mi-
ſericordiã tuam] quia q̇cquid proſpere euenit:
ex dei miſcõia fit. [et veritatem tuã] id eſt iuſti
ciam [per noctẽ] .i. tempore aduerſitatis. qꝛ ad-
uerſa nobis eueniunt iuſto iudicio dei ꝓpter pecca-
ta noſtra. In decachordo pſalterio cũ canti
co in cithara] Hoc dicit. quia in veteri teſtamẽ-
to vtebanẗ inſtrumentis muſicis in laudando de-
um. Et myſtice decem chordarũ pſalterium ſigni-
ficat decalogi obſeruatiõem. Cui debemus iunge-
re citharam pie oꝑationis cum cantico. i. hilaritate
in laude dei ⁊ gratiarũactione. et ſic bonũ eſt confi
teri dño. Quia delectaſti me dñe in factu-
ra tua: et in operibꝫ manuum tuaꝝ exulta
bo] Hoc dicit: quia creature a deo ꝓducte ſũt cau
ſa delectationis ⁊ exultatiõis homi: ex quibus ele-
uatur ad deum cognoſcendũ ⁊ amãdũ ⁊c̃. Quã
magnificata ſunt opera tua dñe] .ſ. quia ap
paret magnifica tua potentia in eis [nimis ꝓfũ-
de facte ſunt cogitationes tue] ſcꝫ quia non
poſſunt attingi ſecreta iudicioꝝ tuorũ ab aliq̃ crea
tura propria virtute. non ſoluꝫ ꝓut ſunt in deo: ſed
etiam in creaturis mirabilibꝫ: puta. quare magnes
attrahit ferrũ. calx aqua incenditur. glacies in eſta
te conſeruatur in paleis que in hyeme reſoluitur in
eis: ⁊ huiuſmodi. Sic a fortiori quare mali florent
ẜ: iuſti opprimunẗ. et ſic de alijs. Vir inſipiens
non cognoſcet: ⁊ ſtultꝰ non intelliget hec.]
Inſipiens eſt ingratus homo cui non ſapiunt dei
beneficia creationis ⁊ gubernationis et huiuſmo-
di. Stultus eſt peccator in peccato contra deum ꝑ-
ſeuerans. Tales non merenẗ habere a deo benefici
um illuſtrationis in mente. et ideo non intelligent
hec dei iudicia vt conuertantur. ꝓpter quod meren
tur puniri: Ideo ſequitur Cum exorti fuerint
peccatores ſicut fenum] ſcꝫ quod cito areſcit
et ſiccatur [et apparuerint] ſcilicꝫ florentes tẽ-
porali proſperitate ad tempus [omnes qui ope
rantur iniquitatem Vt intereant in ſecu
lum ſeculi] id eſt: eternaliter in gehenna propter
ſuas iniquitates. q. d. Deus aliquãdo ꝑmittit pec-
catores ꝓſperari temporaliter ꝓpter aliquod bonuꝫ
ipſorum q̊d non meretur eternam mercedẽ: ſed tm̃
temporalẽ. ideo interibunt in futuro propter pecca
ta. Et hoc procedit ex alto dei conſilio. Propter q̊d
ſubditur [tu autem altiſſimus in eternũ do-
mine] .ſ. per conſequens potes ꝓut ⁊ quando tibi
placet iniquos ẜ proſperantes punire multiplici-
ter ⁊c̃: Unde ſequiẗ: Quoniã ecce inimici tui
domine: qm̃ ecce inimici tui peribunt: et
diſꝑgentur omnes qui oꝑantur iniquita-
tem] patet. Et exaltabitur ſicut vnicornis
cornu meũ] Uox eſt eccleſie iuſtorum. Et ꝑ cor-
nu ſignificatur fortitudo contra vicia. per vnicor-
nem ſignificatur regnum chriſti. Unicornis eñ̃ eſt
beſtia indomabilis vnum cornu habens: que capiẗ
virginis in gremio quo caput reclinat. Sic chriſtꝰ
quaſi vnicornis demonibus inſuꝑabilis: cuiꝰ vnuꝫ
cornu eſt regnum eternum in quo chriſtus eſt mo-
narcha: qui in gremio virginis matris ſe reclinans
captus eſt ⁊ occiſus a iudeis. Unde ſenſus littere
eſt. Exaltabitur fortitudo mea quam habui ↄtra vi
cia. ſic exaltatum eſt regnum chriſti in quo cũ chri-
ſto regnabo. Et ſenectus mea in miſericor-
dia vberi] Hoc dicit eccleſia: quia ſenectus eccle
ſie. hoc eſt vltima etas erit in vbertate miſericordie
dei. Nã ẜm q̊d dicit Greg. Eccleſia habet ſuas eta-
tes. Prima: tempꝰ ante diluuiũ fuit eccleſie infan-
tia: in quo Abel floruit. Secũda puericia eccl'ie eſt
tẽpus Abrae quando patriarche floruerũt. Tercia
adoleſcẽtia tẽpus Moyſi quãdo lex data ẽ. Quar-
ta etas: iuuentus fuit tempus Dauid quo reges in
iſrael eſſe ceperunt ⁊ ꝓphete floruerunt. Quinta vi-
rilis ſiue matura etas: fuit tempus chriſti quando
apoſtoli multũ fructũ attulerunt. Seniũ: tẽpꝰ an-
tichriſti quando plures martyrizabuntur. Ultima
etas ſenectutis erit tempꝰ iudicij qñ eccl'ia erit exal
tata in abundantiſſima vbertate miſericordie dei:
quando reſurget glorioſa corpore ⁊ aĩa ad regnã-
dum cum chriſto beatitudine ꝑpetua. Et deſpe
xit oculus meus inimicos meos] ſcꝫ tũc qñ
videbo perſecutores meos ĩ penis perpetuis [⁊ ab
inſurgentibus in me malignantibꝫ] hoc eſt
aduerſarijs meis hereticis: iudeis ⁊ paganis [au-
diet auris mea] ſcꝫ dici per ſententiam: Ite ma
ledicti in ignem eternũ. Iuſtus] .i. iuſtorum eccle
ſia: ponendo ſingulare ꝓ plurali [vt palma flo-
rebit] non ſicut fenum quod areſcit. ſed vt palma
que eſt arbor inferius ſpinoſa: ſuperius valde pul-
cra ⁊ ſemꝑ florida: et fructu ſuauis. Sic iuſtorum
multitudo ẜ in terris ſpinoſa per tribulationes: in
ſupernis decorabiẗ gloria ⁊ fructu beatitudĩs ſua-
uiſſime: ſemper florens decore perpetuo. [ſicut ce
drus libani multiplicabitur] Cedrus libani
eſt arbor altiſſima que eſt imputribilis ⁊ multiplex
in ramis. Sic iuſtus altus in celeſti throno glorie
et in deitatis altiſſime contemplatione immortali-
bus ſtola indutus: erit multiplex in dotibus corpo
ris ⁊ aĩe. et ſic multiplicabitur in bonis celi ac gau
dijs multiplicibus. Plantati in domo domi
ni: in atrijs domus dei noſtri florebũt] acſi
rationem dictoꝝ dando ꝯd. quia plantati. i. radicati
ſunt in domo domini. id eſt in eccleſia dei ꝑ fidem
⁊ operationem. Ideo erit hoc: ꝙ in atrijs domꝰ dei
id eſt in celeſtibus manſionibꝫ florebũt decore glo-
rie. Adhuc multiplicabuntur in ſenecta
vberi] hoc eſt: lꝫ fideles mõ ſint non tãmulti: ta-
men adhuc in ſenecta vltime etatis mũdi (vt ſupra
patuit) multiplicabuntur vberi. i. abundantia nũe-
ri quando intrabit plenitudo omniũ gentiũ: et im-
plebitur numerus electoꝝ. Et bene patientes

erunt ] ſcilicꝫ cum ꝑſecutionem antichriſti ſuſtine-
bunt: vel huius peregrinationis mala patienter to-
lerantes [ vt annuncient ] ſcilicet alijs hoc quod
ſequitur Quoniam rectus dominus deus
noſter ] hoc eſt: recto iudicio permittit hꝰ pati pro
ſe ſuos electos: vt eos coronando in futuro comple-
at promiſſa. [ et non eſt iniquitas in eo ] ſcili-
cet in punitione malorum ſcḋm ſue iuſticie ordinem
Et ſic patet.

## Pſalmus.xcij.

Dominuſ regnauit decorem indutus eſt ꝛc. In hoc pſalmo
ꝓpheta loquitur de regno chriſti ⁊ eiꝰ im-
pugnatione ac confirmatiōe: hortando ad laudem
chriſti ⁊ fidem eius ſtabilē tenēdā. ꝓpterea iſte pſal-
mus canitur in laudibꝫ matutini. quia chriſtꝰ ma-
ne ſurgens a mortuis: regni gloriam adeptus eſt:
⁊ diſcipulis apparendo fidem eccleſie confirmauit
Dicit ergo Dominus regnauit ] id eſt: domi-
nus ieſus in ſua reſurrectione regnandi poteſtatē
ſuper omnē creaturam accepit. Propterea Matt.
vlti. poſtꝗ̄ reſurrexerat: diſcipulꝭ apparēs dixit: Da-
ta eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra [ Deco-
rem indutus eſt ] ſcilicꝫ quia humanitas chri-
ſti que erat quaſi indumentū diuinitatꝭ ⁊ deturpa-
tum in paſſione: decorata eſt gloria in glorioſa re-
ſurrectione [ indutus eſt dominus fortitudi-
nē ] ſcilicꝫ quia diaboli poteſtatem contriuit [ ⁊ p̄-
cinxit ſe virtute ] ſcilicꝫ quando forti poteſtate
educēs ſanctos patres de limbo in mꝉtitudine an-
gelorum circūſtantiū: precinctus glorioſo exercitu
aſcendit in celum. Etenim firmauit orbem
terre ] id eſt ſtabilem fecit per orbem terre dilata-
tam ecclīam [ qui non cōmouebitur ] ſcilicꝫ a
fide per quaſcunqꝫ ꝑſecutiones. quaſi di. Si deus
virtute ſue deitatis ſtabiliuit terram īmobilem: nō
eſt mirum ꝙ ecclīam in fide chriſti ſtabilire potuit
Parata ſedes tua extunc a ſeculo tu es ]
Senſus eſt ꝙ ſicut parata eſt ſedes chriſti homis
ſuper omnes angelos a principio mundi qui eſt a
ſeculo. id eſt ab eterno deus omniū. Sic parata eſt
poteſtas chriſti iudiciaria que ſignificatur per ſe-
dem: extunc. id eſt a tempore paſſiōis ⁊ reſurrectio-
nis quando meruit illam: qui tamen eſt a ſeculo. id
eſt ab eterno ſcḋm deitatem. Iuxta illud Hebre. xiij.
Ieſus chriſtus heri ⁊ hodie ipſe ⁊ in ſecula. Ele-
uauerunt flumina domine eleuauerūt flu-
mina vocem ſuam ] Hic ponitur impugnatio
regni chriſti: que maxime fuit in primitiua eccleſia
contra p̄dicatores. Unde dicit: Eleuauerunt flumi-
na. id eſt apoſtoli repleti flumine ſpūſſancti. de quo
chriſtus dicit: Qui credit in me: flumina de ventre
eius fluent aque viue. hoc aūt dixit de ſpirituſancto
Ioan. vij. Eleuauerunt flumina. i. diſcipuli chriſti
vocem ſuam. ſ. predicando ꝑ totū orbem chriſtum
dei filium alta voce. Vel dicit: flumina eleuauerūt
ꝓpter p̄dicatores chrī de vtroqꝫ populo aſſūptos.
ſcꝫ de iudeis ⁊ gentibus credentibus. Eleuaue-
runt flumina fluctus ſuos ] Iſta flumina (q
non voces tanqꝫ eſſent rōnabilꝛ moti: ſed fluctꝰ di-
cuntur eleuaſſe) ſignificant potentes huius ſeculi:
qui irrōnabiliter tanꝗ̄ flumīa diaboli ꝯtra flumi-
na dei eleuauerunt fluctus ꝑſecutionū: vt obruant
voces p̄dicantiū diſcipuloꝝ chriſti. Unde Eſa. viij
aduerſarij fortes deſignanꝛ ꝑ flumia. vbi dꝛ: Addu-
cet dn̄s ſuꝑ eos aquas flumis fortes ⁊ multas ꝛc.
Et hec eleuatio potentiū ſeculi vnde erit: ſequiꝛ [ A
vocibꝫ aquarū multaꝝ ] i. ꝓpter voces p̄dica-
tionū multarū gentium in chriſto credentiū ꝛc. q̇a
iudei ⁊ imꝑatores romani: ac alij tyranni videntes
chr̄m vbiqꝫ p̄dicari ⁊ chriſtianos multiplicari: cō-
mouerunt fluctꝰ ꝑſecutionū ad exterminandū fidē
chriſti ⁊ ꝓhibebāt p̄dicare chr̄m [ mirabiles ela-
tiones maris ] i. amariſſime ꝑſecutiones pote-
ſtatis ſecularis ꝯcitate ⁊ inaltate ꝯtra fidem. Sed
Mirabilis in altis dn̄s ] i. mirabilior eſt chri-
ſtus in alta cruce paſſus ⁊ in alto celo reſidens: exi-
ſtens dn̄s. ſ. ſuꝑ capita poteſtatū ⁊ ꝑncipū q̇ eos ſue
fidei ſubiugat ⁊ ecclīam creſcere facit in ꝑſecutōibꝫ
Teſtimonia tua credibilia facta ſunt ni-
mis ] hoc ē: teſtimonia tue ꝟitatis p̄dicate ꝑ apo-
ſtolos ⁊ p̄dicatores tuos Facta ſūt credibilia. ſ. per
oꝑa ſoli diuine ꝟtuti poſſibilia. hoc ē: ꝑ miracula q̄
ſunt nimis credibilia. qꝛ magꝭ ꝗ̄ ꝑma ꝑncipia ſcia-
rū adq̇ſitaꝝ: eoꝙ illa accipiunꝛ ex expientia ſenſuuꝫ
que poſſunt falli ⁊ deludi. Sed ꝟitas diuina nō p̄t
falli nec fallere Cuius teſtimonia ſunt nimis. id eſt
ſuꝑ omnia credibilia quibꝫ nil verius eſſe pōt. Igꝫ
[ Domū tuam ] id eſt eccleſiaꝫ catholicā a ſpiritu-
ſancto ⁊ aplīs fundatā [ Decet ſanctitudo dn̄e
in longitudine dieꝝ ] i. vt ꝑmaneat ī ſanctita-
te fidei vſqꝫ in finem mundi: non obſtantibꝫ q̇buſ-
cunqꝫ impugnationibꝫ Amen.

## Pſalmus.xciij

Deus vltionum dominus ꝛc. In hoc pſal. Dauid ꝓpha intē-
dit oſtendere ꝙ deus ſcit occulta et pro-
uidentiam habet circa inferiora ac peccatores pu-
nit ⁊ iuſtis ſubuenit velociter. ꝓpter quod monet iu-
ſtos ad patientiā. Dicit ğ Deus vltionū ] i. pu-
nitionū iuſte ꝓcedentiū [ dn̄s ] i. iudex ſuꝑior oībꝫ
[ deus vltionū ] Repetitio eſt ꝓpter ꝯfirmatōeꝫ
maiorem [ libere egit ] ſ. in puniendo. qꝛ non eſt
ſubditus alicui legi aut regi. ſꝫ libere punit vꝉ par-
cit pro beneplacito voluntatꝭ ſue. Ideoqꝫ deprecā-
dus eſt. Unde et deprecando ſubdit: Exaltare

qui iudicas terram ] .ſ. vt oſtendas manifeſte tuã miſcðiam in penitẽtes ꝛ iuſticiaꝫ in obſtinatos. quod faciet chriſt⁹ in iudicio extremo quando corã toto mðo exaltabit̃: faciendo miſericordiam iuſtis: et damnãdo impios. Unde ſequit̃: [ redde retributionem ſupbis ] .i. in pctõ ꝯtra te eleuat͡ʒ per obſtinatiõem: qui nolũt ſe hũiliare ad penitentiaꝫ. Uſqꝫ quo pctõres dñe: vſqꝫ quo peccatores gl'iabũtur ] .ſ. de malefactis. Effabũtur ] ſcꝫ annũciando alijs iactanter de malicia [ ꝛ loqñtur iniq̃tatẽ ] .ſ. vt eos imitent̃ [ loq̃ntur oẽs q̃ opantur iniuſticiã ] Et ſic m'ltos ſeducẽt ꝛc. Populũ tuũ dñe humiliauerũt: ꝛ hereditatẽ tuam vexauerũt ] .ſ. diuerſis tormẽt͡ʒ chriſtianũ populũ pdendo ꝓpter chr̃m. Uiduã ꝛ aduenã interfecerũt: ꝛ pupillos occiderũt ] patet. Et dixerunt non videbit dñs: nec intelliget deus iacob ] Hoc dicit: quia illi credebant ꝙ diuina ꝓuidentia nõ ſe extendit ad act⁹ humanos ꝛ iſta inferiora. Intelligite inſipiẽtes in populo ] .ſ. diuinã prouidentiã ſe extendere ad inferiora [ ꝛ ſtulti aliq̃n ſapite ] .ſ. que dico. Nã illos tanq̃ꝫ errantes dicit eſſe inſipientes merito et ſtultos ꝛc. Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculum non conſiderat: ] q.d. Quõ putandũ eſt ꝙ ille qui dedit alijs auditũ nõ audiat: ꝛ qui dedit viſum nõ videat. Qui corripit gentes ] .ſ. puniendo in pñti: et trãſferendo ꝓpter maliciam [ non arguet ] .ſ. opera veſtra impia ꝛ mala: q.d. imo audit: videt: ꝛ arguet impios ꝓ peccatis. Qui docet hoiem ſciam ] q.d. Ipſe deus q̃ dat hoiem ſcire: quõ ignorabit ea q̃ hõ ſcit: certe nullo modo [ dñs ſcit cogitatiões hominũ ] .ſ. etiã minutiſſimas [ qm̃ vane ſunt ] .i. inſtabiles: ad malũ ꝓne. Beat⁹ hõ quẽ tu erudieris dñe ] .ſ. mentẽ eius illuſtrãds: ne decliner in errores [ ꝛ de lege tua docueris eũ ] .ſ. ſeruare p̃cepta ꝛ patienter tolerare aduerſa. Ut mitiges ei a diebus malis ] .i. vt habeat refrigeriuꝫ in futuro [ donec fodiatur peccatori fouea ] id eſt añ mortẽ donec fodiat̃ fouea ſepulcri. qꝛ poſt mortẽ nõ eſt ſtat⁹ meriti. nec eſt aliq̃ redẽptio in fouea inferni. ſed antea. ſ. in vita debem⁹ nobis refrigerium q̃rere per obedientiã ꝛ patientiam. Quia non repellet dominus plebem ſuam ] ſcꝫ a regno ſuo excludendo chriſtianos fideles. [ et hereditatẽ ſuam non derelinq̃t ] .ſ. in tribl'atiõe Nam fidelis deus non patit̃ tentari ſup id qð poſſumus: vt ait apl'us .j. Cor. x. Quoadusqꝫ iuſticia conuertatur in iudicium ] .i. donec iuſticia diuina conuertat̃ in iudicij executiõem in extremo iudicio: quando reddet̃ vnicuiqꝫ ſm opera ſua Hoc eſt dicere ꝙ vſqꝫ in finẽ mundi deus ſemp ſuos fouet per grãm ꝛ ꝓtegit [ et qui iuxta illam ] id eſt qui regnabunt tunc iuxta illam iuſticiam dei ſunt omnes qui recto ſunt corde ] hoc eſt: nõ illi q̃ retorti ſunt ad iniq̃tatẽ: ſed illi qui in pñti ſunt recti volũtate: cõformãtes ſuã voluntatẽ diuine voluntati ꝛc. Quis conſurget mihi aduerſus malignantes: ] Hoc dr ꝓpheta in pſona iuſti petent͡ʒ auxilium ꝯtra aduerſarios. Ideoqꝫ dr Quis cõſurget mihi. ſ. in auxiliũ: aduerſus malignantes. id eſt malos ſpũs vt eos vincam: ꝛ tandem regnare poſſim iuxta illam iuſticiam diuinã [ aut quis ſtabit mecũ aduerſus opantes iniq̃tateꝫ ] ſcꝫ vt non vincar ad ſequendum iniquitates eoꝝ ꝛ inſtigationes. q.d. nullus niſi tu deus. Ideo ſubdit Niſi quia dñs adiuuit me: paulo minus habitaſſet in inferno aĩa mea ] .i. niſi mihi affuiſſet auxiliũ dei ſpeciale: ꝓmeruiſſem p peccata ĩfernalib⁹ penis tradi. Sed forte pet͡ʒ: quõ aut cur a deo ſim adiutus: Rñdeo: qꝛ Si dicebam motus eſt pes meus ] hoc ẽ: ſi pctã cõfitendo dicebam: motus eſt pes meus. i. affectio a gratie bono in malũ culpe: tũc [ miſericordia tua dñe adiuuabit me ] .ſ. a pctõ expiando ꝛ retrahendo ꝛ in bono ꝯfirmãdo. Nam maxĩa dei miſcðia ĩ hoc claret ꝙ ante dat ꝓmereri veniã q̃ꝫ expiri penã peccat͡ʒ iuſte debitã. Scðm multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo ] .i. ſm acrioris pñie dolores in contritione cordis ꝓ peccatis aſſumptos [ conſolationes tue ] .ſ. diuine [ letificauerunt animã meam ] .ſ. in ſpe venie. Nunq̃d adheret tibi ſedes iniq̃tatis: ] q.d. non ſedebit tecũ hõ iniquus in celo regnãdo: ſed cuꝫ diabolo detrudet̃ in inferno. Qui fingis laborem in p̃cepto ] id eſt q̃ facis vel feciſti in p̃cepto. i. p̃ceptorie hominib⁹ demandãdo laborẽ. ſ. opeꝝ bonoꝝ. p q̃ vitam mereant̃ eternã. q.d. Si ſedes iniq̃tatis tibi adhereret in celo: nõ p̃cepiſſes laborare in opib⁹ iuſticie. Si aũt q̃ras: q̃ ſunt ille ſedes iniq̃tat͡ʒ non adherẽtes deo: Rñdet Captabũt in aĩam iuſti ] .i. iniqui ſunt q̃ cape volunt aĩam iuſti vt ptrahãt ad ꝯſenſum mali: aut vitam ei⁹ auferãt. et ſic [ ſanguinem innocentẽ condemnabũt. Et factus eſt mihi ] hoc eſt: iuſto hoi [ dñs in refugium ] ſcꝫ in tribulatiõib⁹ pſecutionũ ac tẽtationũ. [ ꝛ deus meus in adiutoriũ ſpei mee ] .i. adiuuat me adipiſci qð ſperauit. ſ. regnum celeſtis beatitudinis. Et reddet illis ] ſcꝫ iniquis [ iniquitatẽ ipoꝝ ] .ſ. retribuẽdo penas ſm demerita pctõꝝ [ ꝛ ĩ malicia eoꝝ diſpdet eos: diſpdet illos dñs deus noſter ] .ſ. in aĩa ꝛ corpe in gehennã. ꝓpterea bis dicit: Diſpdet. quia pdet eos tam in aĩa q̃ꝫ in corpore.

## Pſalmus. xciiij.

Venite exultem⁹ domino ꝛc. In hoc pſalmo Dauid monet chriſtum deum laudare deuote: et penitentiam agere: ac eius preceptis obedire: pluribus

rationib⁊. Vñ in ſpiritu ꝓuidẽs aduentũ chriſti in quo exultauerũt angeli dicẽ. Glia in excelſis deo ⁊c. exultandũ eſt omib⁊ ſctis multo fortiꝰ. qꝛ nuſ⸗ ꝙ angelos apprehendit ſed ſemẽ abrae Heb.ij. do cet exultãter laudare chꝛm. ꝓpter qđ etiã in noctur nis horis hic pſalmꝰ frequẽtatur. qꝛ per eum iuſti ad laudandũ deum ꝓuocantur de chriſti aduentu ac lapſi ad penitentiam inuitant. Itaqꝫ Dauid in ꝑſona eccleſie dicit. **Venite exultemus dño: iubilemus deo ſalutari noſtro** id eſt. ſaluatori chriſto deuotiſſime laudes ⁊ gratias agendo. Nam exultatio exteriora ſigna deuotionis notat. qꝛ exultatio quaſi extra ſaltatio dr. Jubilatio cordis gaudiũ intenſũ ſcat. ⁊ eſt ſenſus. ꝙ toto corde ⁊ ope exteriori laudemꝰ deũ **Preoccupemus faciem eius in cõfeſſione** .i. ſue deitatis vere ⁊ humanitatꝭ ac in ꝯfeſſione peccatoꝝ noſtroꝝ in ꝗbus debemus preoccupare diem mortis noſtre. qꝛ poſt mortem non erit confeſſio meritoria. ſed ante mortem eſt meritoria vite eterne **Et in pſalmis iubilemus ei. Qm̃ deus magnus dñs** q. d. Iſte ſunt rõnes quare debemus chriſto pſallere. quia ipſe eſt deus ⁊ ꝑ ꝯſequẽs magnꝰ dñs omniũ. **Et rex magnꝰ ſuꝑ omnes deos** .i. ſuꝑ omẽs ꝓncipes ⁊ ptates angelicas ⁊ humanas. ac ſuꝑ oẽs ſanctos qui dij dicunt ꝑticipatiue. **Qm̃ nõ repellet dñs. ple. ſuam** .ſ. eijciendo a regno celeſti quẽ redemit ſanguine vt laudemꝰ eum. ⁊ ideo dicitur plebs ſua. i. ſuo ſanguĩe redempta **quia in manu eiꝰ** .i. in ptãte **ſunt oẽs fines terre** omnes hoĩes ⁊ creature toto terraꝝ orbe ꝯſtitute. **Et altitudines montiũ** .i. dignitatuꝫ altioꝝ. **Et ipẽ ꝯſpicit** ſcꝫ. ſubiugãdo ſibi ⁊ quẽcũqꝫ vult ſublimãdo ac quẽ vult deꝑmendo. Nã vt dr apl's Non eſt ptãs niſi a deo. **Qm̃ ipſius eſt mare ⁊ ipẽ fecit illud ⁊ aridã fund. manus eiꝰ** Et ſic omĩa in mari creata ⁊ in arida. i. in terra ſũt in ptãte eius **venite adoremus ⁊ ꝓcidamus ante deum** ſcꝫ. humiliando nos in pnĩa pro peccatis: ⁊ in oratione **ploremꝰ coram domino** ſcilicꝫ de peccatis. Et ſic hic monet ꝓpheta ad penitendum humiliter. ⁊ ſubdit rationem di. **qui fecit nos** ſcꝫ ad ſuã imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ **quia ipſe eſt dñs deus noſter** .ſ. dans ſe nobis per benedictam incarnationeꝫ **nos autẽ populus eius** ſcꝫ noĩe chriſti denominatus: vtpote a chriſto chriſtianus **Et oues paſcue eius** qꝛ nos paſcit non tm̃ corporali cibo quotidie ſed etiaꝫ ſpũali cibo ꝟbi dei. Et ſacramentali ſcꝫ. corꝑe ⁊ ſanguine ſuo in eucharíſtia. Et ꝓpter hec debemus eũ laudare de pctĩs penitẽdo. **Hodie ſi vocem eius audieritis** Hic ꝓpheta monet ad obediendum chriſto d. Hodie. i. in tpe grẽ qđ vocat dies. ſicut et tempus veteris teſtamenti vocat nox. Rom̃. xiij. Nox ꝓceſſit: dies aũt appropinquit. Si vocẽ eius audieritꝭ. accipit hic: ſi: pro qꝛ. Nam vox dñi in ꝓpria perſona loquentis audita eſt in noua lege que data eſt a deo apparente in carne. Vetus aũt teſtamentũ datũ fuit ꝑ angelum loquenteꝫ in ꝑſona dei Act. vij. **Nolite obdurare corda veſtra** .ſ. in infidelitate ꝑmanẽdo: et legẽ euãgelicã repellendo. Et inducit exemplũ d. **Sicut in exacerbatõe** Alia littera habet: in irritatione. et idem eſt ſenſus. **Sm̃ diem tentatiõis in deſerto vbi tentauerunt me patres veſtri** hoc eſt: nolite fieri infideles ⁊ inobedientes: ſicut fuerũt patres veſtri in veteri teſtamẽto in irritatiõe vel exacerbatiõe. ſ. dei ꝑ inobedientiã ⁊ incredulitatẽ facta. ſm diẽ. i. tempus tentatiõis in deſerto: vbi tentauerũt me patres veſtri: dubitãtes đ potẽtia mea tanqꝫ increduli: vt patꝫ Nume. xiiij. Jã inqt tentauerũt me ꝑ decẽ vices ⁊c. ſ. in petitiõe mãne ⁊ carniũ ⁊ aquaꝝ ⁊c. cum tñ viderãt tot mirabilia dei in tranſitu marꝭ rubri ⁊ alijs ꝙ nullo modo debebant dubitare de impletione ꝓmiſſionis diuine. vicꝫ ꝙ abſqꝫ difficultate introduceret eos in terrã ꝓmiſſiõis. **Probauerũt** ſcꝫ meã potentiã ꝑ exꝑimentũ miraculoꝝ factoruꝫ **Et viderunt opa mea** ſcꝫ miraculoſa. **Quadraginta annis primus fui generatiõi huic** ſcꝫ pſentando me in ſignis ⁊ ꝟtutib⁊: ſic exponit Augꝰ. Sed alia littera habet: quadraginta annis offenſus fui generatiõi huic. et eſt ſenſus. i. iratꝰ fui generationi huic ꝓpter incredulitatẽ ipſoꝝ: propter quam retardaui eos ab ingreſſu terre ꝓmiſſionis: donec infra annos iſtos. ſ. ꝗdraginta omnes qui viderant mirabilia dei ⁊ increduli fuerãt: mortui fuerunt in deſerto: Num̃. xiiij. Sed quare ſic littere ſunt variate vt pro offenſus fui: poneret proximus fui: cum ſint hec quaſi cõtraria: Rñdet ꝙ ideo fm doc. qꝛ cum vtrũqꝫ ſit veꝝ: bñ verũ vero conſonat. Et qꝛ fuerũt generatões ſicut ⁊ nũc inter chrianos due. Vna bonoꝝ: quib⁊ deꝰ primus fuit ꝑ gratiam ⁊ beneficia. Alia maloꝝ: a quibus offenſus fuit Et iſtis deꝰ fuit iratꝰ: et longe cordi eorũ ꝗ murmurabant ꝯ deum: lꝫ eſſet proximꝰ ori eoꝝ. Et ſic patꝫ. **Et dixi ſempꝑ hi errant corde** Dixi inquã ꝑ Moyſen ⁊ alios electos meos: ipos arguẽdo. hi omnes ſempꝑ errant corde. i. ex certa ſcientia ⁊ volũtate: meam potentiã nõ credentes. Et lꝫ iſta dixiſſem eis: tñ **Ipſi ꝟo non cognouerũt vias meas** id eſt: ꝓcepta mea: quib⁊ debebãt ambl'are ⁊ hoc excecante malicia **quibus iuraui in ira mea** id eſt: diffiniui irreuocabiliter in effectu vindicte mee **Si introibunt in requiem meã** Hic ly ſi: accipitur negatiue: vt ſit ſenſus. Non introibũt in reqeꝫ meam. ſ. eterne beatitudinis. Nam illa reqes promiſſionis terre ad quã nõ intrauerũt illi rebelles et increduli: ſed mortui ſunt in deſerto: boni aũt intrauerunt: figura fuit quietꝭ eterne bonoꝝ in patria celeſti. ad quã mali nõ intrant. qa nil coinqnatũ intrabit in illud Apoc. xxj. Et ſic patꝫ.

## Pſalmus. xcv.

Cantate domino canticū ⁊c̄. In hoc pſalmo Dauid hortat᷑ ad laudē chriſti ⁊ cultum eius vt mereamur cum electis in domo eius ſpūali edificari. Unde loquen̄. ad omnes gētes: dicit Cantate dn̄o canticum nouū ⌋.i. ꝑ nouitate incarnatiōis diuine ⁊ noua lege. ſm ꝙ cōiter dicit᷑ Nouꝰ rex: noua lex: noua ⁊ gaudia. Unde ⁊ angeli in natiuitate nouū canticū cecinerūt: di. Gloria in altiſſimis deo ⁊c̄. ⌊cantate dn̄o omnis terra ⌋.i. oēs habitatores terre. quia aduentꝰ chriſti fuit ad omniū hominū ſalutem. Cantate dn̄o ⌋ Nota ꝙ ter dicit: cantate. et ter: domino. quia de trib' mundi partibus. ſ. Aſia: Africa: ⁊ Europa: tres ſtatus eccleſie. ſ. coniugatorum: virginū: ⁊ viduaꝝ vocant᷑ ad laudē trinitat̄: vt cantent dn̄o patri. dn̄o filio: dn̄o ſpūiſancto canticum nouū in obſeruatione noue legis: non vetus: quod fuit in obſeruatiōe veteris legis. Sequit᷑ ⌊et benedicite nomini eius ⌋ ſcʒ gratias agēdo de tanto beneficio ⌊annunciate de die in diem ⌋ hoc eſt: continuare huiuſmodi laudem ⌊ſalutare eius ⌋.i. chriſtum ſaluatorē p̄dicando ⁊ cōfitendo ſine intermiſſione. Annunciate inter gentes gloriam eius ⌋.ſ. gloriam deitat̄ ⁊ reſurrectiōis ac aſcenſionis chr̄i ⁊ alia ad fidem ꝑtinentia. Hoc loquitur predicatorib' ⁊ apoſtolis ⁊c̄. ⌊in omnibus populis ⌋.ſ. ꝑ orbem diſperſis ⌊mirabilia eius ⌋ ſcʒ incarnationis ex virgine et alia opꝑa miraculoſa que fecit chriſtus: vt patet in euāgelio. Quoniā magnus dominꝰ ⌋ q.d. Non eſt mirū ꝙ ſi talia fecit: ⁊ miracula fiunt in nomine eius ꝑ ſuos predicatores: quoniā ipſe chriſtꝰ eſt dn̄s magnus in potentia ⌊et laudabilis nimis ⌋.ſ. pro infinita eiꝰ bonitate ⌊terribilis eſt ſuper omnes deos ⌋ id eſt terribilis eſt demonibus qui ꝓ dijs colebant᷑. Quoniā omnes dij gentiū demonia ⌋.ſ. ſūt ⌊Dn̄s aūt ⌋.ſ. chriſtus ſolus ⌊celos fecit ⌋ ſcilicʒ tam materiales q̄ʒ ſpūales. hoc eſt: angelos et ſanctos ⁊c̄. Confeſſio et pulcritudo in conſpectu eius ⌋ Hic ꝓpheta docet qualiter laudemꝰ et colamus chriſtum vt ſimꝰ ſibi accepti. Unde dicit Confeſſio. ſ. laudis vere ⁊ accuſationis peccatorūʒ et pulcritudo. i. virtutum decor in conſpectu eius. ſ. ſunt accepte ⌊ſctīmonia ⌋.ſ. aīe ⁊ corꝑis. hoc eſt: caſtitas ⌊⁊ magnificentia ⌋.ſ. opeꝝ bonorū et arduoꝝ ⌊in ſanctificatiōe eius ⌋.i. in ſanctitate ab eo ꝑfecta in hoīb'. quia hec ꝓmiſſa non niſi ipſo chriſto ſanctificante ⁊ donāte fiunt Afferte domino patrie gentiū ⌋.ſ. ad fidē ꝯuerſaꝝ ⌊afferte dn̄o ⌋.ſ. ꝓ tanto beneficio ⌊gloriā ⁊ honorē ⌋ ſcʒ exhibendo reuerentiaʒ chr̄o tam in publico q̄ʒ in ſecreto. Nam ſm Cōmentatorē. iiij. Ethicoꝝ: Honor eſt reuerentia exhibita alicui in teſtimoniū ſue bonitatis: etiamſi fiat in ſecreto: vel coram paucis. Sed tunc eſt gloria quando ei exhibetur in palam coram mult̄. quia gloria eſt noticia clara cum laude. vnde dicit᷑ gloria quaſi quedā claria. g mutata in c. Ergo ſequit᷑ ⌊afferte dn̄o gloriaʒ nomini eius ⌋.i. ſic offeratis ei voſmetipos in bonis opꝑibus ⁊ claritate cōuerſatiōis ſancte: vt glorificet᷑ in vobis nomē eius. hoc eſt nomē chr̄ianū a chr̄o deriuatū nō falſo vendicetis vobis male viuēdo. Et nota ꝙ ſicut ſup̄ ter dixerat Cantate dn̄o ita hic ter dicit. Afferte dn̄o: ad ſignificandū ꝙ ad honorem trinitat̄ tria debemus offerre deo vt ſimus ſpūale templū eius ⁊ inhabitet in nobis ſcʒ. aīam ⁊ corpꝰ ⁊ opera. ſ. ꝯuerſando in ſanctis morib'. Tollite hoſtias ⌋.ſ. nō veteris teſtamēti: puta hircos aut vitulos. ſed hoſtias noue legis. hoc eſt: corpus et ſanguinē domini ieſu chriſti ſub ſpeciebꝰ panis et vini. Qui dicunt᷑ hoſtie hic in plurali ſm Lyrā ideo quia licet ſit vnū ſacramentū euchariſtie: perfecte tamen ſunt ibi due ꝯſecrationes diſtincte: quarūʒ vna alteram nō expectat. Item q2 hoc ſacrificium oīb' ſacrificijs veter̄ legis ſuccedit tanq̄ʒ ꝑfectū imꝑfectis: que fuerūt multe ⁊ varie: ideo dicit hoſtias euchariſtie tollere extollēdo in laudē ⁊ gloriā chriſti ⌊⁊ introite in atria eius ⌋.i. in loca cultui chr̄i dedicata. Sed q2 in oīb' eſt vnica eccleſia: ideo ſubditur ⌊adorate dn̄m in atrio ſancto eius ⌋ Atrium in ſingulari dicit: ꝓpter vnitatem eccleſie chriſti. Cōmoueant᷑ a facie eiꝰ ⌋.i. coram chriſto cōmoueat᷑ motu timoris ⁊ reuerētie ⌊vniuerſa terra ⌋.i. omnes in terra habitantes ⌊dicite ⌋ ſcʒ vos conuerſi ad chr̄m p̄dicando. ⌊in gentib' q2 dn̄s ⌋.ſ. ieſus chriſtus ⌊regnauit ⌋.i. regnum ſuꝑ totam creaturā accepit in ſua reſurrectione ⁊ aſcenſione. Unde Matth. vltimo dixit. Data eſt mihi oīs ptās ⁊c̄. Hic Augꝰ. ⁊ Caſſiodorus addūt. Dicite in nationib': q2 dn̄s regnauit a ligno. ⁊ ſubaudit᷑: crucis. q2 chriſtus ꝑ ſuā paſſioneʒ in ligno crucis meruit exaltationē glorie. vt dicit apl's Phil. ij. Et hec additio ſūpta eſt ex trāſlatione Theodotionis vel ſymmachi vel alterius. quā ſequit᷑ etiā eccl'ia canēdo in hymno ſic. Impleta ſunt que concinit Dauid fidelis carmine dicēs in nationibus regnauit a ligno deus. Etenim correxit orbem terre ⌋.ſ. ab errore idolatrie: q̄ a tempore predicationis chr̄i ⁊ apl'oꝝ cepit ceſſare ⌊qui non cōmouebit᷑ ⌋.ſ. a ꝟitate fidei chriſtiane q̄ʒtūcunq̄ʒ ꝑſecutionib' impellat᷑ ſed ſtabit vſq̄ʒ in finē mundi ⌊iudicabit populos in equitate ⌋ ſcilicet viuos et mortuos ſine acceptione perſonarum in iudicio extremo. Et nūc iudicat iudicio diſcretionis ⁊c̄. Letentur celi ⌋ id eſt. angeli qui ſunt ciues celi. Nam in natiuitate chriſti letati ſunt. Et etiam celi materiales leticiam oſtenderūt ſtellam Magis nunciantem mittentes ⁊c̄. ⌊et exultet terra ⌋ id eſt. ſancti in terra habitantes. vt patet de Joſeph et Maria. De paſtoribus. De Symeone ⁊ Anna. et de tribus Magis. et ſic de alijs ⌊cōmoueatur mare et plenitudo eius ⌋ id eſt. mare ⁊ eius vnde: ſibi reuerentiaʒ exhi-

beant. Quod eſt impletum quādo ſe chrī pedibus
palpabiles exhibuerūt Matth.xxiij. [Gaudebūt
campi] Quod impletū fuit qn̄ paſtoribꝫ in cāpo
vigilantibꝫ ſup gregē ſuū: angelus gaudiū euāge-
lizauit Lu.ij. [Et omnia que in eis ſunt] Hy-
perbole eſt: ad ſignificandū magnitudinē gaudij illo-
rū paſtoꝝ quibus facta fuit reuelatio. q.d. ꝙ meri-
to gaudere debuiſſent omnia in illis campis poſi-
ta ⁊ totus mūdus ſi capere poſſent gaudiū. Tūc
exultabunt omnia ligna ſiluarum] Et di-
cit omnia: hyperbole eſt. ſicut quādo dicit: Omnes d
ciuitate currunt ad tale ſpectaculū: lʒ plures rema-
neant q̄ꝫ vadant. Et hoc impletum eſt literaliter quā-
do chriſto in hieruſalem eunte: ramos de arboribꝫ
populi ceden̄. ⁊ gauden̄. canebant: Oſanna filio Da
uid ⁊c. Myſtice aūt p mare intelligunt penitentes
amare de peccatis contriti. Per campos ⁊ q̄ in eis
ſunt ſignificant homies florentes virtutibꝫ ⁊ bonis
actionibꝫ: ſicut campi florent diuerſis floribꝫ. Et p
ligna ſiluaꝝ omnia: intelligūtur oēs gentes q̄ ſem-
per inculte fuerunt ⁊ igni ꝑpetuo apte ⁊c. Hi enim
omnes exultare habuerūt in aduentu chriſti. Ideo
dicit [A facie domini quia venit: quoniā ve-
nit iudicare terram] id eſt homies in terra ha-
bitantes. Et nota ꝙ bis dicit: venit. quia duplex eſt
aduentus chriſti in carne ad mundū. ſ. in incarna-
tione: ⁊ in extremo iudicio. Itē de iudicio etiā bis
dicit. ſ. Venit iudicare terram. et iudicabit orbē ter-
re. ad ſignificandū quia duplex eſt iudicium chri-
ſti: ſicut ⁊ aduentus eſt duplex: vt dictum eſt. Vnū
eſt iudiciū diſcretiōis. ſ. quo ſepat fideles ab infide-
libus vocando electos ad fidem. Et hoc iudiciū in-
cepit a tempore aduentus chriſti: quia per predica
tionem chriſti ⁊ diſcipuloꝝ eius aliqui vocati ſunt
ad fidem: alijs in infidelitate dimiſſis iuſto dei iu-
dicio: ſed nobis occulto. De quo ſaluator Joan.xij
dixit: Nunc iudicium eſt mundi. Et de hoc ꝓpheta
dicit hic: Quoniam venit. ſ. in primo aduētu iudica-
re terram. ſ. iudicio diſcretionis. Aliud eſt iudiciū
diſcuſſionis: quod erit in futuro qn̄do veniet chri
ſtus glorioſo corpore et reddet vnicuiqʒ ſm opera
ſua: vel penas: vel premia in fine mundi. Et de hoc
ſubdit [Iudicabit orbem terre in equitate: ⁊
populos in veritate ſua] Vbi pēſa ꝙ hāc etiā
iuſticiam dupliciter exprimit. ſcilicʒ: in equitate: et
in veritate. ad deſignandum ꝙ ſm equitatem ⁊ ve
ritatem reddet tam penas malis ſm demerita eoꝝ:
q̄ꝫ etiam premia bonis ſm menſuram ſuorum me
ritorum. Et ſic patet.

## Pſalmus.xcvj.

Dominus regnauit
exultet terra ⁊c. In hoc pſal. Dauid monet
ad gaudēdū in chriſto: ⁊ ipm̄ diligere: ac malū odio
habere ⁊ ipius chriſti iudicium timere. Dicit ergo
[Dominus regnauit] ſcʒ. ieſus chriſtus in ſua
reſurrectione ⁊ aſcenſione: dominiū ⁊ regnū ſuper
omnia accipiendo [Exultet terra] i. habitantes
in terra quia per eum habent ingreſſum ad glori-
am. [Letentur inſule multe] ſcʒ in quibus ꝓ-
pagauit fides chriſti p apl'os ⁊ alios predicata. Et
quia ad dominiū generale chriſti ſequit extremum
iudiciū: ideo ſubdit. Nubes ⁊ caligo in cir-
cuitu eius] qꝫ chriſtꝰ veniet ad iudiciū in nube
cum poteſtate magna ⁊ maieſtate. vt pʒ Luce.xxj.
ſicut ⁊ aſcendit in nube. Actuū.j. que etiaʒ nubes
dicit caligo hic: ad ſignificandū nobis obſcuram ⁊
incōprehenſibilē chriſti deitatē [Iuſticia ⁊ iudi-
cium correctio ſedis eius] i. correctio orbis
ꝓcedens ex ſede chriſti. hoc eſt. iudiciaria poteſtate
p ſedē ſignificata (qꝫ ſententia iudicis ſedendo da-
tur) erit iuſticia ⁊ iudicium. hoc eſt. recta ⁊ irreuo-
cabilis. Ignis ante ipm̄ precedet] ſcʒ. ignis
cōflagrationis precedens iudiciū [Et inflāmabit
in circuitu inimicos eius] quia data ſenten-
tia reprobi illo igne inuoluentur ⁊ ſic in infernum
deſcendent. Alluxerunt fulgura eius orbi
terre] qn̄ ante iudicium fiunt multe impreſſiōes
ignee ⁊ terribiles [Vidit ⁊ cōmota eſt terra] i.
habitantes in terra videntes ſigna terribilia iudi-
cij cōmouebuntur timore. Montes ſicut cera
fluxerunt] i. fluent. Nam loquit de futuro per
modū preteriti ꝓpter certitudinē ꝓphetie. qꝫ tūc erūt
terremotus magni p loca Matthe.xxiiij. ex quibꝫ
ruent montes [A facie dn̄i] i. virtute diuina [A
facie dn̄i omnis terra] ſ. alterabit. Elementa
enim calore ſoluentur: vt dicit petrus. Annūcia
uerunt celi iuſticiam eius] quia p ſigna ma-
nifeſta in celo apparentia manifeſtabit aduentus
chriſti ꝓpinquus ad faciendū iuſtum iudicium [Et
viderunt omnes populi gloriā eius] Nā
videbitur chriſtus in glorioſa maieſtate in iudicio
ab omnibus ⁊c. Confundantur omēs qui
adorant ſculptilia: ⁊ qui gloriantur in ſi-
mulacris ſuis] id eſt. omnes idolatre: qui tunc
cōfundent videntes ꝙ ſolus chriſtus fuerit verus
deus. ⁊ nō idola que coluerunt decepti ⁊c. Ado-
rate eum omnes angeli eius] i. chriſtum ve-
rum deū adorabunt [Audiuit] ſ. hoc ꝙ iudiciuʒ
futurum erit. Audiuit ex euangelio ⁊ predicatione
apoſtolorum [Letata eſt ſion] id eſt. eccleſia fi-
delium quia iudiciū eſt materia leticie pro electis.
Et exultauerunt filie iude] id eſt. anime cō-
fitentes te per fidem. Nam Juda confitens inter
pretatur [Propter iudicia tua domine] In
plurali dicit Judicia: quia non ſolum iudicabit e-
lectos ad beatitudinem: ſed etiam reprobos ad
damnationem infernalem. ⁊ ex vtroqʒ iudicio erit
leticia electis. iuxta illud Ps. Letabit iuſtus cum
viderit vindictam ⁊c. Quoniā tu dominus
altiſſimus ſuper omnē terram] q.d. Quia

tuo iudicio ſubijcientur omnes homines in terra nati. ergo exultabūt in tua gloria te ſumme diligētes ⌊nimis exaltatus es ſuper omnes deos⌋ id eſt: angelos qui dicuntur dij participatiue. ⌊Qui diligitis dn̄m⌋ ſcꝫ chriſtum vera dilectōe ⌊odite malum⌋ ſcꝫ culpe: quia contrariatꝫ charitati ⌊cuſtodit dn̄s animas ſanctorꝝ⌋ ſcꝫ q̄ in tentationibꝫ recurrunt ad eius auxilium petenduꝫ debite. ⌊de manu peccatoris⌋ .i. demonis poteſtate qui obſtinatꝰ eſt in peccato ⌊liberabit eos⌋ ſcꝫ ne cadant. ⌊Lux orta eſt iuſto⌋ Lux ſcꝫ diuine gratie per chriſti aduentum orta eſt iuſto. ſ. qua liberatur a peccatis ⁊ p̄ſeruatur ⌊et rectis corde leticia⌋ ſcꝫ pro tali dono gratie que eſt quedaꝫ arra glorie ſm doctores. Ergo ⌊Letamini iuſti in domino⌋ ſcilicꝫ deuotionis ⁊ gratiarūactionis leticia ⌊et cōfitemini memorie ſanctificationis eius⌋ id eſt: laudate eum confitendo. qꝛ memor fuit per gratiam ſuam ſanctificare vos ab oībus peccatis ⁊c.

# Sabbato

## Pſalmus.xcvij

**Cantate domino** ⁊c. In iſto pſalmo Dauid loquitꝫ de chriſto ⁊ eius iudicio: hortañ. ad laudandū eum Dicit ḡ ⌊Cantate domino canticum nouum⌋ .ſ. tanq̄ auctori noui teſtamēti. qꝛ noua res incarnationis diuine nouū debet habere canticum ⌊quia mirabilia fecit⌋ .ſ. naſcendo ex ꝟgine: languidos curando: mortuos ſuſcitando: reſurgendo ⁊ aſcendendo: ⁊ ſpiritūſanctū mittēdo ⁊c. ⌊Saluauit ſibi dexteram eius: ⁊ brachiū ſanctum eius⌋ q. d. Inter mirabilia facta hoc inſigne fuit: ꝙ vicꝫ ſaluauit. i. ſalutē fecit ſibi. id eſt ad gloriaꝫ et laudem ſui. hoc eſt: dei. vicꝫ patris. dextera eius et brachiū ſanctuꝫ eius. i. ipſe chriſtus dei patris filiꝰ qui dicitꝫ in ſcp̄turis dextera ⁊ brachiuꝫ. iuxta illud Eſa. liij. Dn̄e quis credidit auditui noſtro ⁊ brachium dn̄i cui reuelatū eſt. q̄ ſcp̄tura ad litterā intelligitꝫ de chr̄o ⁊c. Et ratio: qꝛ virtus oꝑatiōis ꝯſiſtit ī dextera ⁊ brachio. Deus aūt pater omnia ꝑ ip̄m filium fecit ⁊ ꝑ ip̄m ꝯtinet. iuxta illud Joā. j. Omnia ꝑ ip̄m facta ſunt ⁊c. ḡ merito dicitꝫ dextera patris ꝓpter oꝑationem: ⁊ brachiū ꝓpter fortitudinem virtutis diuine. Nam apl'us. j. Cor. j. dr: Predicamꝰ chriſtum dei virtutē ⁊c. ⌊Notum fecit dn̄s⌋ ſcꝫ deꝰ pater ⌊ſalutare ſuū⌋ .i. filium ꝑ queꝫ ſaluauit ſeculū manifeſtādo in carne viſibilem factum. ⌊in conſpectu gentium reuelauit iuſticiā ſuam⌋ id eſt fidem catholicam iuſtificantē q̄ ꝑ diſcipulos p̄dicata eſt ꝑ orbem. ⌊Recordatꝰ eſt miſericordie ſue ⁊ ꝟitatis ſue domui iſrl'⌋ .i. ꝓmiſſionē factā de chriſto mittēdo ex miſericordia veraciter impleuit quā fecerat domui iſrl'. hoc eſt. patribus filiorꝝ iſrl'. ſ. Abrae ⁊ Jacob ⌊viderūt⌋ .i. cognouerunt ꝑ fidem ⁊ miracula corā eis facta. ⌊omnes termini terre⌋ .i. oēs hoīes intra terminos terre habitātes ⌊ſalutare dei noſtri⌋ .i. dn̄m Jeſum quem deus ſaluatorem hominū fieri ꝯſtituit: Ideoq; inquit ꝓpheta. ⌊Iubilate deo omnis terra⌋ .i. habitantes in terra. ſ. qꝛ de omībus terre partibꝫ aliqui ſunt vocati ad fidem ⌊cātate ⁊ exultate ⁊ pſallite. Pſallite dn̄o in cithara in cithara ⁊ voce pſalmi: in tubis ductilibꝫ ⁊ voce tube cornee⌋ Hec dicit ꝓpheta quia in veteri teſtamento iſte pſalmus cantabatur a leuitis pro expectatione beneficij aduentus chriſti: non ſolum vocibus humanis ſed etiam inſtrumentis muſicis. Myſtice autē ꝑ citharā que dulciter ſonat ſignificatur charitatis dulcedo que habet duo p̄cepta. ſcꝫ diligere deum ⁊ diligere ꝓximū. Ideoq; bis hic dic. in cithara ⁊ cithara. Item ꝑ vocem pſalmi ſignificatꝫ ꝙ deum laudemus pro incarnatiōe recitando ore ⁊ corde pſalmos factos a ꝓphetis ad dei laudem: quod faciunt eccleſiaſtici in horis canonicis. Illitterati autem debēt facere orando. Pater noſter Aue maria ⁊ hmōi que ſunt facta ad laudem dei. Item ꝑ tubas ductiles id eſt. cū martello factas ſignificatꝫ mortificatio carnis ſcꝫ in ieiunio: vigilia: ⁊ huiuſmodi. Et per tubam corneaꝫ. i. de cornibus animaliū factā ſignificatur reſiſtentia ⁊ dimicatio contra vicia. ſicut animalia cornibꝫ dimicant ⁊c. ⌊Iubilate in conſpectu regis dn̄i⌋ .i. ieſu chriſti q̄ eſt rex regū ⁊ dominꝰ dominantiū ⌊moueatur mare et plenitudo eius⌋ id eſt vnde eiꝰ moueantꝫ ad reuerentiā chriſti. quod impletū eſt quādo mare ſe calcabile chriſto p̄buit. Poſſunt etiā ꝑ hec ſignificari inſule maris in quibus habitantes gentes multe ſunt conuerſe ad fidem chriſti ⌊orbis terrarꝝ et⌋ ꝓ. i. ⌊q̄ habitant in eo⌋ quia de omnibꝫ habitatoribus terre fixe aliqui ſunt cōuerſi. ⌊Flumina plaudent manu⌋ .i. habebunt occaſionē exultationis ſi haberent ſenſum. Et hoc fuit impletū qñ chriſtꝰ tactu ſui ſacri corporis dedit vim regeneratiuam aquis in baptiſmo ⁊c. ⌊ſimul montes exultabunt a cōſpectu dn̄i⌋ id eſt. cauſa exultationis erunt hominibꝫ. Quod fuit impletū quando chr̄s in montibus legem euangelicā p̄dicauit: ⁊ ibi miracula fecit. Et ibi tranſfiguratus eſt. et de monte oliueti aſcendit in celū. ⁊ ſic de alijs. Myſtice aūt per mare ſignificantꝫ penitentes propter amaritudinem ꝯtritionis. Per habitantes in terra: ſancti terram calcantes per cōtemptum terrenorꝝ. Per flumina aūt ſapientes de fonte doctrine diuine repleti. Et ꝑ montes prelati boni eccleſie. Hi omnes habent precipue gaudere de chriſti aduentu. quia

iſtos ſpecialius remūerabit in iudicio. Un̄ ſubdit: ⌊qm̄ venit iudicare terram. Iudicabit orbē terrarū in iuſticia: et populos in eq̄tate⌋ Et hec latius expoſita ſunt ſ̄. pſal. xcv. Nā pſu ſimili ille pſalm⁹ ſicut ⁊ iſte finit.

## Pſalmus. xcviij.

Dominuſ regnauit iraſcant̄ ⁊c. In hoc pſalmo (vt cōmunit̄ exponunt doctores) Dauid loquit̄ de regno chr̄i monendo ad laudem eius. Dicit ḡ Dn̄s regnauit⌋ .ſ. ieſus chr̄s regnauit p̱ reſurrectiōem et aſcenſionē ſup̱ omnē creaturā. vn̄ dixit tūc: Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ in terra Mat. vlt. ⌊iraſcantur populi⌋ .ſ. non credentes. hoc dicit ꝓpheta deriſiue. acſi di. q̄ntūcunq̄ iraſcant̄ populi infideles ⁊ ꝑſeq̄ntur: non pn̄t impedire. q̄a velint nolint vbiq̄ ip̄e chriſtus regnat. Qui ſedes ſuper cherubin⌋ .i. ſuper angelicas poteſtates et omnē altitudinē coꝝ: ſicut eſt cherubin de altioribus. hoc eſt: Tu chr̄e qui es in dextera patris ſup̱ omnes .ſ. angelos exaltat⁹ fac ꝙ ⌊moueatur terra⌋ In tranſlatione Hieronymi habet̄: Concutiat terra. et ſic eſt ſenſus: ꝙ timore cōmoueant̄ habitantes in terra ⁊ chriſto ſubijciant̄ ſicut decet. Quia tu es ⌊Dn̄s in ſion⌋ .i. in eccleſia fidelium: q̄ dicit̄ ſion .i. ſpeculator ꝓpter fidei vere cognitionem ⌊magnus⌋ .ſ. in potentia ⌊et excelſus⌋ .i. exaltat⁹ ad regnandū ⌊ſup̱ omnes populos⌋ .ſ. tam iratos contra te q̄ꝫ cōmotos timore: quia nullus poteſt tibi reſiſtere. Confiteātur nomī tuo magno⌋ ſcꝫ cōfeſſione laudis recognoſcēdo illud ⌊quoniam terribile ⁊ ſanctū eſt⌋ terribile malis: ⁊ ſanctum iuſtis ⌊et honor regis⌋ .ſ. chriſti ⌊iudicium diligit⌋ q. d. Sicut ad honorē regis terreni ē iudicium iuſtum diligere ⁊ facere: ſic ad honorem chriſti ꝑtinet malos per iuſtuꝫ iudicium dānare: et iuſtos remunerare. ꝓpter q̄d p̄miſit ꝙ nomen eius terribile eſt ⁊ ſanctum ⁊c. Tu paraſti directiones⌋ hoc eſt: tu chriſte rex paraſti p̄cepta moralia que dirigunt in finem vltimū mandando. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata Matth. xix. ⌊iudicium⌋ ſcilicꝫ veteris teſtamenti. vel diſcretōem boni ⁊ mali ⌊et iuſticiam⌋ ſcꝫ euangelice perfectionis ⌊in iacob⌋ id eſt populo fideli tam iudaico q̄ꝫ gētili p̱ iacob figurato ⌊tu feciſti⌋ tanq̄ꝫ dominus vtriuſq̄ꝫ teſtamenti. Proinde hortādo oēs dicit Exaltate dn̄m deū noſtrū⌋ Exaltate inquā .ſ. laudando ⁊ colendo cultu latrie dn̄m deum noſtrū p̱ carnis nr̄e aſſumptiōem ⌊et adorate ſcabellum pedum eius⌋ .i. corpus chr̄i vl' humanitatem in qua maieſtas dei ſicut ſup̱ ſcabelluꝫ ſtetit ⁊ p̱ vnionē q̄eſcit ⁊ in ea inter homīes ambulauit ⌊qm̄ ſanctū eſt⌋ .i. oī ſanctitate plenū tanq̄ꝫ diuinitati vnitū ⁊ p̱ ꝯſequēs ꝓpter vnionē corp⁹ chr̄i eſt latria adorandū. vt dicit Damaſce. ⁊ tenet eccl'ia. Moyſes ⁊ aaron in ſacerdotibꝫ ei⁹ ⁊ ſamuel inter eos q̄ inuocāt nomē ei⁹⌋ hoc eſt. inter ꝓphetas qꝛ p̄erat cunctꝭ ꝓphetaꝝ. j. Regū. xix. Inuocabāt dn̄m ⁊ ip̄e exaudiebat eos in colūna nubis loq̄bat̄ ad eos. Cuſtodiebāt teſtimonia ei⁹: ⁊ preceptū q̄ꝺ dedit eis⌋ Hec dt ꝓpheta exempla inducēdo fidelibꝫ. q. d. De⁹ ip̄e in veteri teſtamēto exaudiebat Moyſen ⁊ Aaron ⁊ Samuel cū ceterꝭ ſacerdotibꝫ ⁊ inuocantibꝫ deuote nomen eius quibꝫ in colūna nubis. i. tm̄modo p̱ figuras loquebat̄ deus. Et hoc ideo: qꝛ ip̄i cuſtodiebāt p̄cepta ⁊ cerimonias legis dei. Et nos ḡ ſi cuſtodim⁹. x. p̄cepta a fortiori exāudimur orantes: qꝛ ipſe in humanitate loquendo ꝓmiſit. Siq̄d petieritis patrē in nomine meo dabit vobis Joā. xvj. Proinde ꝓpheta idem repetendo ad maiorem affirmationē loquit̄ deo d. Dn̄e deus noſter tu exaudiebas eos: deus tu ꝓpitius fuiſti eis⌋ ſcꝫ. penitentibꝫ vere ⌊⁊ vlciſcens in om̄es adinuentiones eorum⌋ id eſt. puniens peccata eorum ⁊ defectus ex arbitrio eorum ꝓcedentes. ſicut patet de Moyſe ⁊ Aaron Numeri. xx. quos deus ꝓpter offenſam ad aquas cōtradictionis voluit punire: quia in penam huius: morte preuenti fuerunt ⁊ non intrauerūt in terram promiſſionis. Sed de ſamuele nō legitur ꝙ de aliqua offenſa ſit punitus Tamen vt Aug⁹. ſup̱ hoc paſſu ait. Nouerat deus in Samuele aliquid q̄ꝺ purgaret. vindicabat autē in eo deus om̄es affectiones eius nō iraſcens ſed ꝓpitius. Forte vindictas quotidie patiebat̄ ꝓp̄l'os cōtradicentes: quotidie patiebat̄ inique viuentes ⁊ inter illos viuere cogebatur. Hec erat vindicta. Quanto em̄ maior charitas tanto maiores plage de peccatis alienis. Hec Aug. Ad q̄ꝺ facit q̄ꝺ legitur ꝙ Samuel lugebat Saul om̄ibus diebus vite ſue ⁊c. j. Regū. xv. Hec auteꝫ nobis ꝓponuntur in exemplum vt caueamus offendere deum. qꝛ hic vlciſcetur omnes affectiones ⁊ adinuentiones noſtras deus ipſe nobis ꝓpitius ne p̱ eos in futuro damnemur. Hec ſ̄m ſententiā Auguſtini. Exaltate dominū deum noſtrū⌋ quaſi d. Exemplo ſanctorum patrum veterꝭ teſtamenti ſcilicet Moyſi Aaron Samuelis ⁊ alioꝝ qui inuocabant deum. Et vos fideles exaltate dominū deum noſtrū per noſtre carnis aſſumptionē hoc eſt. chriſtū ieſum ⌊⁊ adorate in monte ſancto eius⌋ id eſt. in ſancta eccleſia ſua: que dicitur mons ſanctus propter altitudinem fidei ⁊ ſanctitatis: ac propter firmitatem ſtabilem ⌊quoniam ſanctus dn̄s deus noſter⌋ id eſt. chriſtus ieſus qui eſt ſanctus ſanctorum per excellentiam in ſanctitate conceptus ⁊ natus ex virgine. Et etiam ſanctus quaſi ſanguine tinctus in paſſione. q̄ ſanguine ſanctificat in ſe credentes ⁊ adorātes ac damnat non credentes ⁊c.

## Pſalmus.xcix

Iubilate deo oīs

t⁊c. In hoc pſalmo ꝓpheta hortatur deum
alacriter laudare cum oblatione ſacramēti eucha-
riſtie. Unō eccleſia ſtatuit hunc pſalmū cantari ad
laudes īmediate poſt pſalmū. Dominꝰ regnauit:
idcirco: quia poſtqꝫ chriſtus a ligno crucis regna-
uit ſuꝑ oēm creaturā oīs terra ei iubilauit. ⁊ cuꝫ
diuinis laudibꝫ ꝑ totā eccl'iam hoſtiam vere paci-
ficam. ſ. eucbariſtiam ei offerre cepit. ꝑ cuiꝰ oblatio
nem ſūmus ſacerdos chriſtꝰ pacificauit oīa que
in celis ⁊ in terris ſunt Col'. j. Dicit ḡ Ps. exhor-
tando. Iubilate deo omnis terra. i. oēs ha
bitantes in terra. Seruite dn̄o in leticia. ſ. bone
ꝯſcientie ⁊ deuotionis. Introite in conſpectu
eius. ſ. ad reuerendū ⁊ laudandū eius pſentiam
corporalēꝫ in ſacramento eucbariſtie. In exulta-
tione. ſ. deuotionis ⁊ gratiarū actionis ꝓ tanto
beneficio. Scitote qm̄ dn̄s. ſ. ieſus qui eſt in
ſacramento. Ipſe eſt deus. ſ. qui creauit oīa.
Ipſe fecit nos ⁊ non ipi nos. ſ. fecimꝰ. Hoc
dicit ſm Lyram ad innuendū ꝙ animā intellectua
lem deus fecit ꝑ creationē ex nibilo que non educit
de potentia materie. Unde ⁊ phs libro de anima-
libus dicit ꝙ intellectꝰ eſt ab extrinſeco ⁊ ſic ꝑ crea-
tionem que ſoli deo competit. Cū ergo anima non
ſit ex nobis ſed ex deo: ⁊ ꝑ ꝯſequēs omne bonū no-
ſtrū ex ipſo eſt: iure debemus deū laudare. Seqt.
Populus eius. ſ. per fidem veram chriſtianā.
⁊ oues paſcue eius. ſ. quia paſcit vos ſuo cor
pore et ſanguine in eucbariſtia et verbo vite eterne
in ſcriptura tanqꝫ bonus paſtor oues ſuas: vt patꝫ
Joan. x. Introite portas eius. ſcilicet eccleſie
militantis qua nobis aperuit portas eccleſie triū-
phantis in celo: que quidem porte eccleſie militan-
tis ſunt baptiſmus qui dicitur ianua omniū ſacra
mentoꝝ ⁊ penitentia. Ideo ſubdit. In confeſſio-
ne. ſ. vere fidei ⁊ accuſatiōis peccatoꝝ. Unō. q. d.
ſm Aug. In portis initiū introitus eſt. A ꝯfeſſiōe
autēꝫ incipite: inde pſalmū iubilate. intret grex in
portas nō foris remaneat ad lupos. Et quō intret
in confeſſione inquit initiū confeſſio tibi ſit. Hec
Augu. Atria eius in hymnis. ſ. introite. A-
tria eccleſie ſpūalis ſunt loca cultui diuino depu-
tata: vt templa ⁊ eccleſie. vbi intrare debemus ad
canendum deo hymnos. i. laudes cū cantico. Cō-
fitemini illi. ſ. laudando: gratias agendo ⁊ eu-
chariſtiaꝫ offerendo. ad qō requirit confeſſio fidei
⁊ accuſationis peccatoꝝ. ⁊ offerri debet cum laudi
bus diuinis vt patꝫ in miſſa. Laudate nomen
eius qm̄ ſuauis eſt dn̄s. Propriuꝫ eſt em̄ ei
miſereri. ⁊ ſic eſt cito placabilis ꝑ oblationē eucha-
riſtie cum laudibus. In eternū miſericordia
eius. ſ. qꝛ ſemꝑ paratus eſt miſericordit' indulge
re pctōribꝫ penitentibꝫ ⁊ ſaluare in eternū. Et vſqꝫ
in generationem ⁊ generatiōem veritas
eiꝰ. quia ſemꝑ implet veraciter ſua ꝓmiſſa. et ꝑ cō
ſequens dabit vitā eternā digne ſumētibꝫ euchari-
ſtiā: ſicuti ꝓmiſit Joan. vj. Qui mādu cat hūc panē
viuet in eternum. Iſtam expoſitiōem ſuꝑ hoc pſal-
mo ꝓſequit' Lyra in expoſitiōe morali.

## Pſalmus.c.

Miſericordiā et iu

dicium ⁊c. In hoc pſalmo dauid monet
ſuo exēplo deū deuote honorare ⁊ a ma-
lo declinare ac bona facere: vt poſſimus miſcdiam
in iudicio dei inuenire. Et cōuenienter hic pſalmus
ponit' centeſimo loco. qꝛ ouis centeſima. hoc eſt hō:
q̄ ꝑierat ꝑ pctm̄: ⁊ ꝑ chr̄m inuenta: in iudicio ꝑ miſe
ricordiā diuinā ſuꝑno gregi angeloꝝ ꝯſociat'. Pro-
inde Dauid dt ſic Miſcdiam ⁊ iudiciū canta
bo tibi dn̄e. hoc eſt: laudabo te dn̄e de miſcdia
quā paratꝰ es in pn̄ti facere penitētibꝫ: ⁊ etiā de iu-
dicio q̄d facturꝰ es ꝯ malos obſtinatos: vt ⁊ illi nō
deſperent de ſalute. et iſti non p̄ſumāt ꝑſeuerare in
pctō. ꝓpterea Pſallā ⁊ intelligam in via ima
culata. hoc eſt: pſallendo corde: ore: ⁊ opere intelli-
gā. In via imaculata. i. in innocentia vera mūde vi
uendo ab oī pctō. Qn̄ venies ad me. i. ꝙ tūc es
veniens in me ꝑ gratiā iuſtificantem. Nam pſalle-
re deo corde ore ⁊ opere: ⁊ a pctis cauere: ſignuꝫ eſt
inhabitāt' gr̄e diuie. ⁊ ꝑ ꝯn̄s qn̄ etiā venies ad me
tollēdū ex hac vita ⁊ ſuſcipiendū in gl'iam: ſi in his
ꝑſeuerauero. Et qualiter mūde ſe habuerit: ſubdit
Perambulabā. i. in oibꝫ opꝑibus ꝓcedebā In
innocētia cordis mei. i. in puritate cōſcie In
medio domus mee. i. in vnione eccl'ie ſctē. Ul'
ſm litterā: in medio familie. ⁊ ꝑ ꝯn̄s mlto plꝰ extra.
qꝛ hoīes ⁊ p̄cipue p̄ncipes (ſicuti fuit Dauid) magꝭ
ſunt ſolliciti ſeruare honeſtatem inter extraneos qꝫ
inter domeſticos. Nō ꝓponebā an̄ oculos me
os rē iniuſtam. hoc ē: malū q̄dcūqꝫ facere vl' fa
cientibꝫ ꝯſentire aut placenter videre vl' ꝯcupiſcere
iniuſtū cōmodū. ſic faciūt raptores. Faciētes p̄-
uaricatiōes. i. legis diuine trāſgreſſores. Odi-
ui. ſ. q̄ ad maliciam eoꝝ. qꝛ eiuſdē vtut' eſt dilige
re bonū ⁊ odire malū: qꝫuis i eis naturā dilexi. Un̄
Aug. Sic diligant' hoīes vt non diligant' eoꝝ erro
res. Nō adheſit mihi cor prauum. ſ. ꝑ ob-
ſtinationem in peccādo vl' ꝯſentiēdo in malū. De-
clinantē a me malignū nō cognoſcebam.
id eſt hominē diſſentientē maligne ⁊ ꝯtradicentem
ꝓpoſito in eo bono. Ul' maligne agentē ita horrebā
vt ignotū: ⁊ non approbabā ſed deuitabā ⁊ cōdēna-
bam. Detrahentē ſecreto primo ſuo. i. in
abſentia proximi. Hunc ꝑſequebar. ſcilicꝫ pu-
niendo eos pena iuſta ſpe correctionis. Unde vt di
cit Honorius ſoli. In hebrēo habetur ſic: Hunc